









1762.

1. Heuffeld, Fr. Augustus: s. Programma II: s. De successione
ex jure communione, / Gabrielis Henrici Hintze
- - - dissertationi inaug. - - - praemissam.
2. Heuffeld, Fr. Augustus: De jure creditorum vasalli: s.
percipienda ex fructibus fendi solutione.
3. Heuffeld, Fr. Augustus, Fac. Jur. d. ex decanus: Programma:
s. De causis, ab quibus Henricus II Imperator Barch.
de successione in Ducatum Sardinie renegare
potuit. / Gabrielis Christiani Lambell - - - dis-
sertationi inaug. - - - praemissam.
4. Heuffeld, Fr. Augustus: De convenientia quorundam
juris secularis Lubecensis capituli cum legibus
Westphalorum et specificatione Susabensium.
5. Heuffeld, Fr. Augustus, Fac. Jur. ex decanus: Programma:
s. De successione in fenda imperii sub Carolingorum
imperio factis competente, / Fr. Gustidini Nieper



1762.

... Dissertationis inang. . . per nemisiam.

6. Heupfeld, Fr. Augustus: De probatione per exempla
sive capitula documentorum.

7. ^{at} Rane, Lucas: De fundo pignoratitio. 2. tract.
(1 Manuscript).

8. Rarius, Lucas: De vera indole Donationis propter
nuptias Romanae.

9. Schmidt, Joh. Adam: De diversitate et numero
specierum in § 52 Art. 5. I. P. V. . .

10. Schmidius, Jo. Ludovicus: De fidjussore principia gene-
ralia

11. Tittel, Gerard Augustus: Quibus causis actum Romanorum
ad impubertatem aptetur et exortetur.

12. Tittel, Conrad Augustus: De fructibus ab usu fructuario
ante praestitam conditionem acquirendis.

1762.

13. Walchius, Carolus Fridricus: De acta minus pleuo.

1763.

1. Buderus, Christianus Gottlieb, Fac. jur. prodecanus: Programma I:
De formula Ducatus Saxonie et Westphalicae etc. Imperan-
te Frederico Ahenobardo Augusto ac sub Bernhardo
Arcauo et Philippo Archiepiscopo Colonienſi ſynalyſe
diſſertationem inang. Antonii Hergberg indicit.

2. Buderus, Christianus Gottlieb, Fac. jur. prodecanus: Programma II:
De formula Ducatus Saxonie et Westphalicae etc. Imperan-
te Frederico Ahenobardo Aug. ac sub Bernhardo Arca-
uo et Philippo, Archiepiscopo Colonienſi, ſynalyſe
diſſertationem inang. Johannis Augusti Reichardt
indicit.

3. Buderus, Christianus Gottlieb, Fac. jur. prodecanus: Pro-
gramma III: De formula Ducatus Saxonie et Westphalicae
etc. imperante Frederico Ahenobardo Aug. ac sub Bern-
hardo Arcauo et Philippo Archiepiscopo Colonienſi



Simulque inde Dissertationem inang. Matthiae Wolfmann

... indicet.

4. Heimbachius, Th. Casp.: De usufructu materno in bonis
adventitiorum liberorum secundum jus Saxonicum
spectato.
5. Heufeld, Th. Augustus: De auctoritate rebus
possessoris in causis praesentium Illustrissimorum.
6. Meibert, Th. Nicolaus: De bonae fidei possessore in
loco a restitutione fructuum perceptum non semper
immunes.
7. Schmid, Adh. Ludw. Cord: De iuris collectione
cum territoriali supersortate non tam necessariis
2 Exempl.
8. Schmidtus, Paulus Guilielmus: De lucra cessante et
anno emergente.

1765.

9. Tittel, Proculus Augustus: De eo, quod licet secundum

legem naturalem summa necessitate urgente

10. Waldius, Cornelius Fridericus: De jure tertiorum bona

a parentibus adquisita retrahendi.



[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its lightness and orientation.]



D. R. AVGVSTI HELDFELD

ORD. AUL. AULICORUM, DE JURE PROFESSORIS COD. REG.
ET REG. DE I. CYRILLI ET METHELI, ADESSON, ACADEM.
CENS. REG.
ET FACULTATIS ACADEM. DECANI

PROGRAMMA II

DE

SUCCESSIONE EX IVRE
COMMVNIONIS

PRÆSENTAVIT ATQVE DOCTISSIMI
CANDIDATI

GODOPREDI HENRICI HINTZE
WISMARIENSIS

DISSERTATIONI INAUGVRALI

DE

TURE CREDITORVM VASAALI

IN RE FERRENDI EX FERRENDIS

IN AER

LITTERIS SCHILLIANIS

MDCCCXII



Handwritten text on the right edge of the page, possibly a page number or title, written vertically.



FACULTATIS IVRIDICAE
PRODECANI ET SENIORIS
CHRISTIAN. GOTTLIEB
BVDERID.
PROGRAMMA

15

42.

1763,1

QVO

OBSERVATIONIS PARTICVLAM
FORMVLAM

DVCATVS SAXONIAE ET WESTPHALIAE ETC.
IMPERANTE FRIDERICO AHENOBARBO AVG.
AC SVB BERNHARDO ASCANIO ET PHILIPPO
ARCHIEPISCOPO COLONIENSI

BREVITER STRICTIMQVE SISTIT
SIMVLQVE

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

DE

LVCRO CESSANTE ET DAMNO
EMERGENTE

PRAENOBILISSIMI SVPREMORVM
IN IVRE HONORVM CANDIDATI

ANTONII HERZBERG

VISMARIENSIS

AD DIEM XXVI MARTII A. R. S. MDCCLXIII.
INDICIT

I.

LENAE, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



FORMULA
DVCATVS SAXONIAE WESTPHALIAE ETC.
IMPERANTE FRIDERICO AHENOBARBO AVG.
AC SVB
BERNHARDO ASCANIO ET PHILIPPO
ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

Plena est Germania commemorabilium maxime conuer-
sionum, mutationum atque Exemplorum *turbatae Rei-*
publicae, quale quondam pragmatica commentandi scrip-
tione dedit, qui ornavit Ienensem Academiam GEORGIVS
SCHVFBARTVS in HENRICO IV. *Imp.** Simile iuctosumque
condocent scriptores Commentariorum Rerum patriarum,
quales dedit Decus et ornamentum Germaniae ac Saxoniae,
HENR. BVNAVIVS ** Comes, et GVELFICI Historiœ illu-
stres, *** quando de *Mutationibus* in magnis Regni *Germa-*
niae

* Dissertatione nitidissima de Hen-
rico IV. *Imp. exemplo turbatae Rei-*
publicae, Ienae 1680. recusa ob prae-
stantiam Halae.

** in Probe einer genauen Teutschen
Reichs-Historie oder Leben und That-
zen Friedrichs I. Roemischen Kayfers
p. 263. seqq.

*** Qui Ius Publicum particulare
Potentissimae Familiae Guellicae il-
lustrarunt eminentes doctrina et
subsidii Viri et Historiographi

B. CHRISTIANVS LVDOVICVS
SCHEIDIVS in *Anmerkungen und*
Zusuetzen ad MOSERI Einleitung
in das Braunschweig-Lüneburgische
Staats-Recht §. 9. 43. p. 96. p. 17.
in *Originibus Guellicis* splendi-
dissimo opere, Tomo III. p. 105.
p. 55. 119. 702. Tom. IV. p. 97.
102. 103. Adde B. IOANNIS
BASILII GRVBERI, *Historic.*
Guellicae, Betrachtungen über die
ältesten Nachrichten von Goer-
tingen und der Goeringischen Ge-
gend,





niae Ducatibus Imperante Friderico Abenobarbo, Bauarico et Saxonia commemorarunt. Iam de Ducatu Saxoniae, siue potissimum de Exercitio Ducalis potestatis in Saxonia et Westphalia, Bernhãrdi Afcãnii Alberti Viri F. primi ex vetustissima hac gente, exauctorato Henrico Leone in terris ad hunc Ducatum pertinentibus regnatore, dissõnas eruditissimorum virorum sententias annotamus. Sunt, qui Bernhãrdo nouo Duci per exiguam tribuunt potestatem, alii contrariam sententiam tuentur atque in eadem iura eandemque potestatem inuestitura imperiali successisse, quae exercuerint in Ducali munere antecessores, per bellicas autem, quae in ea tempora incidebant, atque Henrici magnanimi exauctorationem sequebantur, tempestates, saepe turbatum fuisse, statuunt. Testis horum motuum ARNOLDVS LVDCENSIS, qui L. III. c. XXIV. (XXIX) Libro III. c. I. IV. omnino heic est legendus. Quodsi primae litterae inuestiturae a Friderico I. Aug. Bernhãrdo Virceburgi datae, extarent,**

A 2

aut

gend, quae extat Parte III. der Geschichte - Beschreibung der Stadt Goettingen p. 72. IACOBI PAULI de GYNDLING Geschichte der Chur-March Brandenburg Libro IV. p. 510. Edit. in 8. Conferri merentur. quae Goettingae 1754. propositae fuerunt Praefide illustri Viro GEORGIO HENRICO AVRERO Consiliario Aul. Regio et Antecessore et eruditissimo Auctore FRIDERICO PHI-

LIPPO STRVBE Vindiciae Iuris Brunsvicensis et Luneburgensis in Ducatum Saxo-Lauenburgicum.

** Illae quas CHRISTOPHORVS GEWOLDVS de Septem Viratu commentario n. LXIV. seq. produxit clientelarium literarum fomulae, eae sane sunt sublestaee fidei. Forte Bernhãrdo Virceburgi de Ducatu Saxoniae, plane nullae sunt datae, quia eo tempore Inuestitura-





aut in lucem essent productae, ex iisdem forte plenior
 noticia collatae et exercitae potestatis pateret. Bene tamen
 est, quod eae non perierint, in quibus partem Ducatus
 Saxonici in *Westphalia* et *Angaria* Philippo ArchiEpiscopo
 Colonienfi amico suo *Fridericus* I. Imp. attribuit. * Sane ex
Aurea illa *Bulla*, qua et *Philippo* ArchiPraefuli, et *Bernhar-
 do* Duci in *Westphalia* et *Angaria* ceterisque ad Ducatum Saxo-
 niae pertinentibus terris tributa fuit potestas clarissime
 patet. Enimvero in *Ducatu Westphaliae et Angariae*, qui
 inter virosque ut *Aurea Bulla Friderici* vult, fuit diuisus,
Philippo ea pars *ducalis potestatis* concessa, quae in Episco-
 parum Colonensem, et per totum *Patheburuensem* Episco-
 parum protendebatur, reliqua *Ducatus* pars *Bernhar-
 do* relicta, utriusque autem collata

1. cum omni iure et iurisdictione;
 videlicet
2. cum Comitibus
3. cum Aduocatis
4. cum Conductibus

s. cum

surarum literae non admodum fre-
 quenter datae. Compara quae iam
 erudite obseruauit IOAN. GOTTL-
 LOB HORN in *Sammlungen zu einer
 Historischen Hand-Bibliothek von
 Sachsen*, et quos ibi laudat, p. 276.
 Conferri merentur IACOBI PAVLEI
 B. de GÜNDLING *Geschichte der
 Marck Brandenburg* I. V. et VI.
 vtriusque Editionis in f. et g.

** extat illa in AEGIDI GE-
 LENII *de Sacra et Civili Coloniae
 Agrippinensis magnitudine Libro pri-
 mo Syntagn. VII. p. 73.* et in raris-
 simo Libro: *Bericht von dem Rechte
 des Hauses Braunschweig und Lüne-
 burg an den Lauburgischen Landen*
 scriptore LVDOLFHO HVGONE.



- 5. cum Mansis, cum Cursibus
- 6. cum Beneficiis
- 7. cum Ministerialibus
- 8. cum Mancipiis et
- 9. cum omnibus ad eundem Ducatum pertinentibus.*

Quum autem eadem A. B. Bernharde Afciano reliqua pars Ducatus Westphaliae et Angariae concessa sit, eadem ipsi Iura assignata fuisse vero simillimum, quod et de aliis ad Ducatum pertinentibus partibus est intelligendum. Si copiosior Diplomatum et chartarum Bernhardi Ducis editus esset adparatus possessionum et potestatis ducalis exercitae luculenta argumenta facili opera inde peti possent, sed quum ipsi locupletissimo rerum Anhaltinarum scriptori IOANNI CHRISTOPHORO BECMANNO, cui tamen potiora Sere- nissimae Gentis, excepto Koetbenf, aperta Archiva, * pau- ciora huius Ducis Bernhardi subsidio adfuerint Diplomata, ea hinc inde studiose sunt conquirenda, aliaque excutienda monumenta, quae de potestate eius Ducali et Successorum indicia suppeditant. Bernhardus, Alberti Vrsi Marggrauii cum ducali potestate Brandenburgici, ex Sophia cum aliis

A 3

sex

* Notabile est in parte Ducatus Westphalicae, quae Philippo Colo- nienfi data, nullum tamen Castrum collatum, quare ad defensionem Al- lodium Vdisdorp emit et ad maio- rem defensionem et tuitionem Da- satus munivit, uti patet ex Charta in Celeberrimi CHRISTIANI VL- RICI GRUPEN Originibus Pyr- montanis Cap. II. §. 1. p. 18. 19.

** Archiuum ut conuicimus, Saxo- Lauenburgicum, Bernhardi aliqua di- plomata seruas et custodit.

ior
en
tus
po
ex
rdo
ko-
me
qui
us,
co-
co-
re-

um

GE-
niae
pri-
arif-
chre
üne-
nden
NE.



sex, * Filius, ex paternis auitisque ditionibus eas, IACOBO
PAVLLO GYNDLINGIO teste, ** qui Archiuorum subsidiis
munitus scribebat, accepit terras, quas auus, Otto Slaus
ad Cothenam prelio deuictis, ademerat, et hodie ex ipsius
opinatione *Circulum Electoralem* inter territoria Serenissimae
Gentis *Saxonicae* ex parte constituunt, adhaec tractus ter-
rae *Ploezkaniensis* et *Ballestadiensis*. ***

Reliqua proxime. Iam de Vita et studiis legalibus
Dn. CANDIDATI suis verbis adiungenda commemoratio:

Ego ANTONIVS HERTZBERG vitae huius ac lucis communis
particeps factus sum *Vismariae* die xxv. mensis Octob. anno 1719 cccxxvii.
iam a tenerimis annis fortunam in eo expertus sum fauricem, quod mihi
patrem indulgentissimum meaeque educationis curam summa cum diligen-
tia agentem attribueret ERICVM HERTZBERGIVM ciuitatis *Vismariae*
quondam Syndicum, deinde vero ad consularem promotum dignitatem,
matrem autem cuius in me beneficia tanta sunt, vt verbis nullo exprimere
possim modo, ELISABETHA MAGDALENA, nata *Groningia*. Huic patri quon-
dam dulcissimo, quem vero nimis praecori fero me adhuc puero, mihi ereptum
valde lueo, successit mater dilectissima, quam Supremum Numen hucusque
superstitem esse voluit, et pro cuius incolumitate, Summo Numini ardentissi-
mis quotidie supplicabo precibus. Aui paterni, qui curiae *Vismariensi* summo
quondam cum consilio ac studio praefuit ERICI HERTZBERGII aequae ac
tori

* Qui tanquam testes cum Patre
recensentur in Diplomate *Casimiri*
Pomeranorum Principis an. 1170.
in V. C. KESTERI *Collectione Opu-*
sculor. Historiam Marchicam illu-
strantium P. XVI. et XVII. p. 144.
et in alio *Ottonis March. Brandenb.*
fratris p. 106. ibid. adde Diploma
in THORSCHMIDII *Antiquit.*
Plozensibus p. 80.

** *Rerum Marchicarum, Germa-*
nice scriptarum Libro VI. siue:
Leben und Thaten Marggraf Otten-
des Ersten p. 4. Accedit Ornamentum

Academiae *Marpurgensis* Iurium et
rerum *Germanicarum* peritissimus
Magnificus ViceCancellarius Dn. 10.
GEORGIVS ESTOR in *kleiner*
Schriften Ersten Bande (a. 1761.
editorum 8.) p. 274. 289. addita
eruditissima Coniectura ead. p. 289.
§. 30. harum mutationum scientifi-
simi Consilarii *Aulici Guelfici Dn.*
KOCHE.

*** *AnteInuestituram* cum Ducatu
Saxoniae, titulum gessit *Comitis* in
Aschersleve vide KNAUTH *de pagis*
et Comitibus. Princip. Anhaltini p. 16.



tori eius sociæ dulcissimæ ELISABETHÆ RATHKEN desiderium meum quotidie subit memoriâ quamque adhuc summa custodia pietate. Auis maternus Doctor CHRISTOPHORVS GRONING, quum in viuis adhuc esset *Vismariæ* consulis quoque fugebatur munere, qui in matrimonio habebat ELISABETHAM SCHEFFELN. Ita vt parentes mei amantissimi de educatione mea, pariter ac salute aeterna, semper fuerint solliciti, sic quoque in eo, quod ad me erudiendum, bonorumque artium studiis nutriendum faceret, minime fuerunt negligentis. Committebant me itaque, meritissimi nec non doctissimi lycei *Vismariensis* Subrektoris Domini ARNDSII auspicio priuataeque institutioni. Vir iste una cum institutione sua, tantam coniunxit humanitatem, vt summam sibi non conciliaret solum venerationem summamque obedientiam, verum etiam alacriorem me redderet in addiscendis litteris. Neque silentio hic praeterire possum, merita haud exigua in me ac diligentiam, quam impendit ad me aptiorem academicis studiis faciendum, Clarissimus ac celeberrimus lycei *Vismariensis* Conrektor Dominus IOHAN. BARTOLDVS NIEBE. Merita vtrorumque virorum in me tanta sunt, vt me nunquam captura sit illorum obliuio. Aetate itaque meae suauissimæ matri, academicae vitae satis iam maturum visum me academiam *lenensem* petere iussit. Iter itaque dicto illius audiens Anno supra millesimum septingentesimum quinquagesimo nono ingrediebar, ibique a Viro Illustri et Excellentissimo Domino IOHANNE CASPARO HEIMBERG, tunc temporis factus academicos tenente in numerum ciuium academicorum sum cooptatus. Hic mihi Magnificorum, Illustrium, Excellentissimorum, Consulissimorum virorum doctissimis vti licuit praelectionibus. Nam interfui recitationibus D. PAULLI WILHELMI SCHMIDII h. t. Rectoris Academiae, ad artem relocatoriam et praxin iudicariam nec non eius collegio examinatorio ad Pandectas, D. IOH. AVG. BELLEFELDI ad Pandectas, Ius Criminale et Feudale, D. IOH. ERDM. SCHMIDTI ad Pandectas, Ius Publicum et Canonicum, D. IOACH. GEORG. DARIES ad Iuris Naturae et Philosophiae morales praecepta. LAUR. IOH. DAN. SVCCOW ad Physicam experimentalem et Mathesin, D. IOH. LVD. SCHMIDT ad Ius Germanicum, D. IOH. NICOL. MOEKERT ad Logicam, Institutiones Iuris Ciuilibus et Struuiannam Iurisprudentiam, M. IOH. AVG. SCHLETTWEIN ad Metaphysicam. Quorum ex virorum praeceptis, nil nisi vberissimos possum sperare fructus, eamque ob causam illorum mihi memoria adeo erit sancta, adeoque animo haerebit infixâ meo, vt nulla aetas illam obliterare potuerit. *Quadriennio* itaque in hac musarum sede a me peracto, reditumque in patriam meditans priusquam hunc ingrederer ab Illustrissimorum ordine debita obsequantia petii, et beneuole impetraui, vt ad consueta examina et Specimina publica pro impetraadis, suo tempore, summis in Iure honoribus, admitterer.

Hone-



311
 Honestis laudabilibusque Praenobilissimi Domini Can-
 didati, ex consularibus et de Patria praeclare meritorum
 Virorum Familiis originem ducentis orti, desideriis Facultas
 nostra libenter adfensam dedit isque ad consueta *binā* exa-
 mina admissus, non interpretando solum modeste propo-
 sitos utriusque Iuris textus, sed respondendo docte aduersus
 mota dubia legalem suam doctrinam ita comprobauit, ut
Decretum Facultatis acceperit, nihil iam restare quam ut
 in *Cathedra Iuris Consularum* publicum eruditionis Spe-
 cimen ederet, quod Deo clementer iuuante ad diem
 XXVI Mart. h. a. fiet, et quidem Praefide et Moderatore
 Magnifico Academiae Rectore illustri Viro PAVLLO
 WILHELMO SCHMIDIO, Consiliario Aulico Saxonico
 Coburgensi et Salfeldensi, Curiae Prouincialis et Colle-
 giorum Facultatis Iuridicae nec non Scabinatus Adessore
 grauisimo, Pandectarum Professore celeberrimo. Vos
 autem Magnificum Dn. ExRectorem, omnium Ordinum
 Professores et Doctores excellentissimos nec non Hospites
 Honoratissimos, Generosissimos et Nobilissimos Dnn. Com-
 militones, Facultatis Iuridicae meoque nomine, rogo:
 Velitis huic Actui auspicali praesentia Vestra non splen-
 dorem tantum conciliare, sed colloquentibus quoque
 animis fauere P. P. sub Sigillo Facultatis die XXIV Mart.
 MDCCCLXIII.

(L. S.)







X2368110

ULB Halle 3
007 372 620



1018





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

...S IVRIDICAE
ET SENIORIS
GOTTLIEB
ERID.
PAMMA

15

H.2.

1763,1

...yo
S PARTICVLAM
VLAM
ET WESTPHALIAE ETC.
CO AHENOBARBO AVG.
ASCANIO ET PHILIPPO
O COLONIENSI

CTIMQVE SISTIT
VLQVE
M INAVGVRALEM
DE
NTE ET DAMNO
GENTE

MI SVPREMORVM
RVM CANDIDATI
HERZBERG

RIENSIS
II A. R. S. MDCCCLXIII.
ICIT

L.
FICKELSCHERRIANIS.

